

## Werk

**Titel:** Herbarium Amboinense, plurimas complectens arbores, frutices, herbas, plantas ter

**Jahr:** 1750

**Kollektion:** Zoologica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN369547365

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369547365>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369547365>

**LOG Id:** LOG\_0028

**LOG Titel:** Caput Decimum Sextum. Lithospermum Amboinicum. Salee utan. - Sestiente Hoofdstuk. Het Amboinsche Steenzaat

**LOG Typ:** chapter

## Übergeordnetes Werk

**Werk Id:** PPN369544501

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369544501>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369544501>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

Ex ipsorum centro alius excrescit culmus rotundus, culmum crassus, tres quoque pedes altus, in vertice gerens oblongam & spinulosam paniculam, quæ granula profert rotunda, magnitudine feminis Catjang, superius acuto & duro apice, inferius tribus pilis hirta, inter ista granula proveniunt tria quatuorve similia angusta folia, sed multo minora, & ad latera extensa.

Radix componitur ex duris & sinuosis fibrillis, quæ juxta terram prorepunt. Invenitur circa Amahoesoe, & ornamento hortorum infervire potest.

### Tabula Octava

Ad Figuram primam *Caricem* exhibet *Amboinacum*, quæ cum Tsjolap Pullu H. Malab. Tom. 12. Tab. 67. convenit.

Figura secunda *Caricem* denotat arboream.

## CAPUT DECIMUM SEXTUM.

### *Lithospermum Amboinicum. Salee utan.*

**L**ithospermum species in Amboina reperitur, multos emittens rectos ex radice caules, qui tres quaque pedes alti sunt sine lateralibus ramis, qui minimum circiter digitum crassi sunt, ab inferiore parte ad dimidium nudi, in articulos distincti, non vere rotundi, sed parum striati & compressi, dein folia subsequuntur arcte supra se invicem locata, ex caule sessilia, prope articulos locata.

Folia cum illis *Lachryma Jobi* seu *Salee* convenient, firmiora, magisque erecta, octodecim & viginti pollices longa, ultra binos digitos lata, non laudentia, sed glabra penitus, & intenie virentia, superne sulco decurrente notata, inferne acuto dorso notata, in acutum apicem terminantia; Ex alis superiorum foliorum alter excrescit pedunculus parum erectus, qui bina ternave gerit minora folia, acutiora, & magis striata reliquis foliis. Supra hæc sepe dividit panicula in alios varios tenues pedunculos, quorum quisvis simplex gerit granum magnitudine Pisi, sed superius magis acuminatum, aliquando etiam parum angulosum, primo viride, dein cinereum, ac demum fuscum & lapideum: Petiolus, cui insidet, non perforat illud, sed subtus foveolam format, ac superius filum aliud locatur, florem gerens flavum ac squamosum, qui binis tribus petalis dependet, nec unquam tucus decidit. Quum granula sunt cinerea, ac facile perforari possunt, & amentis adligari.

Radix componitur ex multis lignosis & firmis fibrillis, late sepe dispergentibus, multosque rectos caules emissentibus, unde hæc planta densum quasi format fruticum, cuius radices sibi invicem permixtas sunt. Primarius circa radicem culmus ad latera crassas emitit fibrillas uti *Salee*, horum quædam sepe terræ infingunt. In arenosis & gracilibus locis multo angustiora & acutiora profert folia. Transplantata quoque plantæ non tam alte excrescit quam quæ sponte provenit.

*Nomen.* Latine *Lithospermum* seu *Milium solis Amboinicum*; Malaice *Salee utan*, verum enim *Salee* est *Lachryma Jobi*, supra libro octavo descripta, vocatur etiam *Rompot manni manni*, h. e. *Rosaria herba*; Amboinice *Ayhoit*.

*Locus.* In campis reperitur post pagos in siccis & arenosis locis, attamen ubi nullæ aliæ fere crescunt plantæ, uti sub *Calappis*, aliquis altis arboribus. In hortis transplantata latiora & glabriora gerit folia, in amplum excrescens fruticum, multos adtollens rectos caules, sed non tam altos quam in silvestri.

*Usus* ejus apud Amboinenses in Medicina nondum notus est, sed matura ejus officula eliguntur, acubus perforantur, & amentis adligantur, quæ Amboinenses mulieres & pueri collis & brachiis adpendent loco amuletorum, hujus enim granula nullas habent squamas uti *Salee domesticum*, sed sunt glabra vel prope apices parum striata, splendentia, & ossea, nihil minus tamen facile perforari possunt, quum natura ad superiore & inferiore partem rudimentum quasi foraminis efficit.

Bon-

Uit de midden komt een andere steel, rond, en een stroobalm dik, mede drie voeten hoog, dragende op zyn toepen langwerpige en steekelige tros, gemaakt van kleine rode korrels, in de grootte van een Catjang, boven op met een barde spits, en agter op drie haitjes staande. Tussen deze korrels komen nog drie of vier diergelyke smalle bladeren voort, dog veel korts, en ter zyde uitstaande.

De wortel bestaat uit barde en bogtige vazelingen, de welke langs de aarde kruipen. Men vindt het omtrent Amboesoe, en men kan het tot een cieraad in de tuinen zetten.

### De Agtste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur den Amboinsche Carex, het welk met de Tsjolap Pullu H. Malab. Tom. 12. Tab. 67. overeenkomt.

De tweede Figuur wyft aan den boomagtige Carex.

## SESTIENDE HOOFDSTUK.

### Het Amboinsche Steenzaat.

**V**an Lithospermum hebben wy een gedaante in Amboina, met vele regte steelen uit een wortel opschietende, de steelen zyn drie of vier voeten hoog, zonder zydetakken, schaars een pink dik, en van onder op wel de helft bloot, en met knien afgedeelt, niet regt rond, maar wat gestreept en gedrukt, daar na staan de bladeren digt boven malkanderen, digt aan de steel by de knien zittende.

De bladeren gelyken die van Lachryma Jobi of Salee, stijver en meer overeind staande, agtien en twintig duimen lang, ruim twee vingeren breed, niet snydende, maar meest glad, boog-groen, boven met een doorgaande geute, beneden met een scherpe rugge, en voren een stijve spitse. Uit den schoot der bovenste bladeren komt een ander steeltje mede overeind staande, daar aan twee of drie kleine bladeren staan, scherper en meer geribb dan de andere bladeren. Boven dezelve verdeelt zig den tros in verscheide andere dunne steeltjes, ieder dragende een enkele korrel in de grootte van een erwete, dog voren meer toegespitst, ook aan zommige wat boekig. Eerst groen, daar na asgraauw, ten laatsten bruinigtig, en steenbart. De draat, daar ze op zitten, gaat niet door, maar maakt van onderen een kuiltje, en boven op staat weder een andere draat, dragende een schubagtig geel bloeizel, 't welk met twee of drie droppen afhangt en nooit gebeelt afvalt. Wanneer de korrels asgraauw zyn, zoo kan men ze met een naald ligt doorboren, en aan snoeren rygen.

De wortel bestaat uit veel boutagtige en stijve vazelingen, zig wyd verspreidende, en vele regte steelen uitgaende, waar door dit gewas een digten struik maakt, met de wortelen aan malkander vast. De hoofdsteel omtrent de wortel schiet ook ter zyden dikke vazelingen gelyk het *Salee*, waar van zommige zig in de aarde vast maken. Aan zandige en magere plaatzen gewind het veel smalder en scherper bladeren. Het verplantte wil ook zoo hoog niet opschieten als 't geene in 't wild groeit.

Naam. In 't Latyn *Lithospermum* of *Milium solis Amboinicum*, in 't Maleits *Salee utan*, want de regte *Salee* is *Lachryma Jobi*, boven in 't agtste boek beschreven. Men noemt het ook *Rompot manni manni*, dat is Paternoster-kruid; op Amboin *Ayhoit*.

Plaats. Men vindt het in 't velt agter de Negoryen op droge en zandige plaatzen, evenwel daar geen veel ruigte staat, gelyk onder *Calappus* en andere hooge boomen. In de tuinen geplant gewind het breder en gladder bladeren, wert een breedte struik, met vele regte steelen opschietende, dog zoo hoog niet als het wilde.

Gebruik. By deze Amboinezen is daar van nog niets bekend in de Medicynen, maar zyne rype korrels werden genomen, met naalden gestoken, en aan snoeren geregen, die de Amboine vrouwen en kinderen aan de halsen en armen dragen in plaats van brasilettien, want de korrels hebben geene schilferen gelyk tamme *Salee*, maar zyn glad, of by de spitzen een weinig gestreept, blinkende en steen-hard, niet te min kunnen ligt doorboort worden, dewyl van natuur onder en boven een beginsel van een gaatje is.

Bon-



Fig. 1.

Fig. 2.



Bontius libr. 6. cap. 56. *Milium solis* circa Bataviam in Java quoque obseruavit, licet hoc mihi ex ejus descriptione non constet, nullam enim ejus exhibet formam, sed ex usu ejus declarat ad vitia renum & vesicæ conducere, atque plebejos ex ipsius granis rosaria formare, unde & a Portugallis *Herba do roario* vocatur, quum vero addit ex ejus officulis farinam edulem præparari posse, puto, binas confundere iterum plantas, atque hanc commiscere cum Salee frumentaceo supra libro octavo descripto.

## Tabula Nona

Ad Figuram primam *Lithospermum* exhibet *Amboinicum*.  
Figura secunda *Arundinellam* denotat *herbam*.

## OBSERVATIO.

*Lithospermum* hoc proprie *Lachryma Jobi* silvestris species est, cuius domestica supra libro octavo cap. 28. fuit descripta & exhibita, ubi vide notas & *Theb. Zeyl.* p. 138. nec non *H. Cliff.* p. 437 & 438. ubi hoc genus *Coix* vocatur, cuius una species annua, altera perennis ibi recensetur.

Bontius lib. 6. cap. 56. heeft het *Milium solis* omtrent Batavia op Java ook gevonden, hoewel ik zulk uit zyne beschryving niet bespeure, want by geene gedaante daar van geeft, maar uit het gebruik, zeggende dat het tot de gebreeken van de nieren en blaze dienstig zy, en om dat die slegte lieden uit zyne korrels Paternosters maken, daarom 't by de Portugeseen *Herba do rosario* genaamt wert; maar als by daar by doet, dat men uit de korrels een eetbaar meel kan hebben, zoo gis ik, dat by als wederom tweederlei kruiden onder een mengt, en dit gewas confundere met het koren Salee, boven lib. 8. beschreven.

## De Negende Plaat

Vertoont in de eerste Figuur het Amboinsche *Lithospermum*. De tweede Figuur wyft aan de *Arundinellen* plant.

## AANMERKING.

Dit *Lithospermum* is eigentlyk een wild zoort van *Jobs tranen*, waar van een tam zoort boven in het agtste boek cap. 28. is beschreven en afgebeeld; alwaar ziet de Aanmerking, als mede de *Theb. Zeyl.* p. 138. en ook de *H. Cliff.* p. 437 & 438. alwaar dit geflagt *Coix* genaamt wert, waar van twee soorte, de eene jaارlyks, de andere overblyvende, aldaar vermeld werden.

## CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

*Arundinella. Sajor bulu.*

**A**rundinella speciem mentitur Alsines, estque herba repens & terræ incumbens, in binas distincta domesticas species, & quasdam etiam silvestres. Domesticæ sunt minor & major.

Primo. *Sajor bulu* minor primo commemoratur, quum sit herba vulgatissima & usitatissima. Non erigitur, sed viridibus, mollibus, & rotundis flagellis terræ incumbit, quæ in senioribus plantis parum lignosa sunt, atque in amplos articulos distincta. Cuius autem geniculo simplex adstat folium, vagina ambiens petiolum sine ordine uti in Arundine.

Ipsum quoque folium quodammodo æmulatur illud arundinis teneræ, sed multo minus est, in medio per longitudinem tenuiter striatum, & ad tactum quodammodo rugosum, & circa vaginam pilosum, digitum longum & latum, viridis penitus coloris, cum illo Alpinis conveniens, sed majus. Substantiam habent mollem, ac facile in mucum conteri possunt, exceptis nervis interpositis. Flagellorum extremum parum feso erigit, postquam in laterales ramos extensa sunt, atque intra breve temporis spatium magnum occupant locum, si suo relinquuntur genio, ac genicula terram tangentia radiculas emittant.

Ex alis superiorum foliorum tenuis exsurgit caulinus, ultra articulum longus, qui peculiare sustinet foliolum tenuius ac pallidius reliquis, instar semi cordis formatum, ac complicatum instar acuti fusculli vel bursulæ, superius feso aperiens, ex quo flosculi eminent, quorum unicus tantum simul apertus est, reliqui quatuor clausi dependent sub eo in peculiaris bursula, suntque capitula deorsum flexa forma acinorum Uvarum.

Flosculus iste elevatus longiusculo insidet petiolo in vaginæ parte posteriore fixo, atque ex tribus cæruleis petalis constat, forma Iridis minoris, quæ in triangulo locantur collis angustis, superius latiora.

In ejus centro sex cœrulea conspiciuntur stamina, tria nempe breviora sine antheris, ac tria longiora cum antheris flavis, sub flosculo tria locantur albocantia foliola, quæ vaginam constituerunt, cui inclusus fuit flosculus.

Plurimi fine semine pereunt ac marcescunt, sed aliquando cellula acuta excrescit, in qua tenui ac flavescens instar arenæ reconditur semen.

Matutino tempore flosculi isti viginti & aperti sunt, præsertim si post pluviosam noctem radii solares hos inluminent, quum terram eleganti colorant splendore cœruleo, læte viridi intermixta foliatura, atque hinc etiam pluviosis mensibus frequentiores sunt hi flosculi.

Post

## SEVENTIENDE HOOFDSTUK.

## De Arundinelle-plant.

**A**rundinella wil een geflagt van *Alpine* zyn, een kruipent en op de aarde leggende plant, verdeelt in twee tamme soorten, en ook eenige wilde. De tamme zyn, I. kleine, II. groote.

I. *Sajor bulu*, het kleine wert eerst gezet, om dat het gemeenste en gebruikelijkste is. Het staat niet overeind, maar legt met zyne groene, weeke, en ronde steelen op de aarde, dewelke aan de oudste struikjes wat boutagting warden, en zyn verdeelt in wyde ledien. Aan ieder lid staat een blad met een schede, zyn steel zonder ordre omvatende, gelyk die aan 't riet doen.

Het blad zelfs gelykt ook eenigzins na 't jonge riet, dog is veel kleinder, te weten in de lengte fyn gestreept, wat ruig in 't aantasten, en omtrent de schede hairig, een vinger lang en breed, regt grasgroen, met die van *Alpine* overeenkomende, dog grooter. Zy zyn week van substantie, en laten baar ligt tot een slym vrypen, behalven de tussenloopende zenuwen. Het uiterste der steelen regt zig wat overeind, na dat ze baar in zydetakken uitgebred hebben, en in kort een groote plaats beslaan, als men ze begaan laat, en de knietjes, die de aarde raken, wortelen wederom in.

Uit den schoot der bovenste bladertjes komt een dun steeltje voort, ruim een lid lang, 't welk draagt een byzonder blaadje, dunder en bleeker dan de vorige, als een half bert geformert, en t'zamen gevouwen als een spits zakje of beursje, aan de bovenzyde zig openende, waar uit de bloempjes kyken, altyd maar eene t'effens geopent, de andere tot vier stuks toe hangen nog gesloten, daar onder in een byzonder beursje, zynde neerwaarts geboge knopjes, in de gedaante van druive-stenen.

Het bloempje nu staat verheven op een lang steeltje agter in de schede, en bestaat uit drie schoone hemelsblaauwe blaadjes, in de gedaante van kleine Iris of Swertelbloemen, te weten in een driehoek staande, met smalle balsjes, en voren breed.

In de midden ziet men zes blaauwe draden, te weten drie kortere zonder noppen, en drie langere met gelle noppen: onder 't bloempje staan drie witagtige blaadjes, zyn de schede geweest, daar het in lag.

Zy vergaan meest alle zonder zaad, dog hier en daar komt een klein spits buisken voort, daar in een fyn geelagtig zaad legt als zant.

In de morgenstont staan ze weeldrig geopent, byzonderlyk als na een regenagtige nagt een zonnescbyn volgt, wanneer ze den grond schoon schilderen, met baar levend blaauw onder dat jeugdig groen, en daarom zyn ze in de regenmaanden rykebyker te zien.

Na